

BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 88r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

Si iniquitates nre responderint
nobis domine fac propter nomen
tuum quoniam multe sunt adversiones
nostre Tibi peccavimus expec
tacio israhel salvator noster in
tempore tribulacionis Quare
quasi colonus futurus es in terra et
quasi viator declinans ad manendum
Quare futurus es velud vir vagus
et fortis qui non potest salvare
Tu autem in nobis es domine et no
men tuum invocatum est super nos ne
derelinquas nos Hec dicit domi
nus populo huic qui dilexit mo
vere pedes suos et non quievit et
domino non placuit Nunc recorda
bitur iniquitatum eorum et visitabit
peccata eorum Et dixit dominus
ad me Noli orare pro populo isto
in bonum cum ieiunaverit non ex
audiam preces eorum et si obtulerint
holocaustomata et victimas non
suscipiam ea quoniam gladio et
fame et peste ego consumam eos
Et dixi ecce a domine deus pro
phete dicunt eis Non videbitis
gladium et fames non erit in vo
bis sed pacem veram dabit vo
bis in loco isto Et dixit dominus
ad me falso prophete vaticinantur
in nomine meo Non misi eos et
non precepi eis neque locutus sum
ad eos Visionem mendacem et
divinacionem fraudulentam et se
ductionem cordis sui prophetant
vobis Idcirco hec dicit dominus
de prophetis qui prophetant
in nomine meo quos ego non
misi dicentes gladius et fames
non erit in terra hac In gladio
et fame consumentur prophete il
li et populi quibus prophetant

erunt proiecti in viis iherusalem
per fame et gladio et non erit qui sepe
liat eos ipsi et uxores eorum filii
et filie eorum et effundam super eos
malum suum Et dices ad eos ver
bum istud Deducant oculi mei lacri
mam per noctem et diem et non taceant
quoniam contricione magna contrita est vir
go filia populi mei plaga pessima
vehementer Si egressus fuero
ad agros ecce occisi gladio et si intro
iero in civitatem ecce attenuati fa
me Propheta namque et sacerdos
abierunt in terram quam ignorabant
Numquid proiciens abiecisti iudam
aut sion abominata est anima
tua Quare ergo percussisti nos
ita ut nulla sit sanitas Expec
tavimus pacem et non est bonum
et tempus curacionis et ecce turba
cio Cognovimus domine impie
tates nostras iniquitatem patrum
nostrorum quia peccavimus tibi Ne
des nos in obprobrium propter
nomen tuum neque facias nobis
contumeliam Soli glorie tue re
cordare ne irritum facias fedus
tuum nobiscum Numquid sunt in
sculptilibus gentium qui pluant
aut celi possunt dare ymbres ni
si tu volueris Nonne tu es do
minus deus noster quem ex
pectavimus Tu enim fecisti om
nia hec

XV

Et dixit dominus ad me
Si steterint moyses et
samuel coram me non est
anima mea ad populum istum
Ecce illos a facie mea et egrediam
tur Quod si dixerint ad te quo
egrediemur dices ad eos hec
dicit dominus Qui ad mortem